

V.R.

Dño Constantino Eugenio
S. S. O.

5865

Anna Maria à Schurman.

Ne putas, Vir illustris, te fero misisse hoc munus
perquam eximium; cum ejus generis sit, ut nunquam
non gratissimum advenire potuerit. Desiderium
quidem sui diuturniori mora nobis non parum auerant.
Verum id tandem numeris harmonicis abunde explevit.
Gratulor autem nobis imprimis quod genti nostrae, quae
apud externos pene aëreos audire solebat, decus suam
egregie asseruisti. Ego certe nihil non utilitatis hinc
mibi proliceri ausum: quia hoc respiciens amica manu
vicinae nostrae nobilissima nobis offerendum curasti;
cujus ope auspiciisque facilior ad haec Sacra aditus
gratebit. Non equidem sic Stoa fasso, ut non libenter
fatar haec Dithodia me summo opere commoveri: quod
usu maxime cognovi, cum non ita pridem una cum
Sirene nostra mirabile quoddam ejus specimen pre-
beres. Spero itaque fore ut eadem Conciliatrice cum
Polymnia aliquando redeam in gratiam vel invita,
quod dicitur, Minerva. Quicquid sit, tamen si ^{nostra} Musa
D. Svanie numeris nondum satis bene consonet, ni-
mirum velut anser stori: optimo tamen tum voce
tum mente conspiramus ad gratias tibi agendum, quae
prosumus maximas: illa quod graecarum hoc Opus ejus
nomini inscribere, ego vero quod meum in codice hinc
referre volueris. Vale. Trajecti. xv. Kal. Jan. cl. lxxvii.

Opuscula 241

Nobiliss^{mo} Viro Dño Constantino
Hugenio Equiti. Zutichemi Dynastæ
Celsissimo Principi Auriaco à
confiliis et secretis primis.
Hagam.